



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Antidota Evangelica contra horum temporum hæreses**

**Stapleton, Thomas**

**Antverpiae, 1595**

11. Qui habet duas tunicas, det non habenti, &c.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39546**

Christo, quæ accedente cum ætate sapientia informaretur, quia etiam morte subiit peccati pœnam. Atqui mors nec plenitudini gratiæ nec plenitudini scientiæ quæ in Christo fuit, opponitur, sicut ignorantia. Vide Medinā 3.p.q.15.art.3. Sed utnam sola rerum theologicarum ignorantia laborasset Calvinus, ac non pleraque studio & caute-riata conscientia deprauasset!

## IN LVCAE CAP. 3.

II. Qui habet duas tunicas, det non habenti, &c.

**Q**VVM Ioannes Baptista ijs quos ad pœnitentiam agendum suis concionibus iam adduxerat (dicebant enim, *Quid ergo faciemus?*) hoc pœnitentiæ genus quasi generale in-junxerit (turbæ enim erant & tota promiscua au-ditorū concio quibus hoc iniunxit) ut opera cha-  
ritatis erga proximum facerent, ex suis videlicet Pœnitentiæ feu-  
tis fru-tus. superfluis tam quoad victum quam quoad vesti-tum indigentibus largiendo; bonus Calvinus hos esse vult dignos pœnitentiæ fructus, qui etiam à Chri-stianis relapsis exigi debeant, nec aliquid à nobis excellentius aut per se fectius in hoc genere postu-lari oportere. *Friuolum* (inquit) *cauillum est*, hic rudi-bus tantum elementa tradi, quæ longè infra Christianā per-sfectionem subcidant. Ioannis munus fuit plebem Domino perfectam aptare. *Nec dubium est* quin fideliter in hoc totum incubuerit. Atqui argumentum quo suā confirmat sententiam, etiam ipsius Calvini iudicio friuolū Calvinus ex seipso refutatur. cauillum esse ostenderet. *Quod enim primo ca-* pite de Ioanne dictum erat, *Parare Domino plebem perfectam*, ipse Calvinus exponit iuxta vim verbi Græci quo Lucas ysus est, non ad perfectionem sed

sed ad præparationem & instructionem populi  
à Ioanne faciendam ea verba pertinere. Sic enim  
ad eum locum scribit. *παρασκευασμένος*  
(quo Lucas hīc vtitur) non tam perfectionem sonat  
Græcis quam formam & concinnitatem qua res ad usum  
suum aptantur. Quæ significatio presenti loco non male  
quadrabit, quod scilicet mittendus sit Ioannes ad plebem  
Christo aptandam vel formandam, quæ alias rudit & im-  
polita nunquam se docilem præbuisset. Hæc ibi Calvinus,  
suum hoc loco fruolum cauillum digito demon-  
strans. Fatetur enim iam Calvinus munus Ioan-  
nis fuisse, ut rudem illum populum & impolitum  
aptaret & formaret, ut se Christo docilem prebe-  
ret, eiusque audienda doctrinæ (ut suprà eodem loco  
dixerat) redderet intentum. Argumentum igitur  
Calvini ab istis verbis desumptū, quod parare Do-  
mino plebem perfectam, Ioannis officiū fuit, adeò non  
probat Ioannem pœnitentię formam perfectam  
tradidisse, aut rudibus elementa non tradidisse,  
ut omnino probet atque demonstret, Ioanne in  
tota prædicationis suæ forma rudibus tantum  
elementa tradidisse; rudem & impolitum popu-  
lum aptasse atque formasse ad Christū recipien-  
dum, eiusque perfectiorem doctrinam capellen-  
dam. Sic sententiam orthodoxam adeò non pro-  
bavit Calvinus fruolum esse cauillum, ut suo  
fruolo arguento eandem sententiam pulchre  
confirmauerit. Hic est ille tantus magister, in  
cuius verba tot hodie populi & prouinciae iu-  
rare debeant. Sanè Beza propter verbi Græ-  
ci proprietatem vertit hoc loco: *Vt pa-  
ret Domino populum instructum. Cal-  
vinus ut commodius falle-  
ret, antiquam versio-  
nem retinuit.*

I N